

Ephes. 2. b. 9.

Artic. 91.

*Annotatio*, Nō ex operibus saluamur, nequis gloriatur, sed Dei dono.

*Censura*, Hæc propositio vniuersaliter intellecta, est hæretica.

Verba Pauli esse quæ refero, agnoscūt p̄j Lectores. Ea si generaliter intelligantur, hæretica pronuntiant Sorbonici magistri. Nimum id quidem magistraliter. Væ autem huius scholæ discipulis, vbi tam fœdæ blasphemix quotidie audiuntur. Verum quia de gratuita salute paulo post rursus dicendum erit, locum nunc breuius attingo.

1. Corinth. 6. b. 7.

Artic. 92.

*Annotatio*, Fraus potius patiēda, quàm iudicio contendendum.

*Censura*, Licet potius patiēda sit fraus, quàm cum scandalo fidei, aut appetitu vindictæ, in iudicio contendendum: tamen hæc annotatio falsa est, & scādalo-fa, & Reipublicæ perturbatiua.

Ostendo cum Paulo, quid melius sit. Verba enim eius sunt, Cur non potius iniuriã patimini? Neque vero vllius doctrinæ authorem illic me